



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

2 Privilegio fori gaudeat quampures clerici sacris non initiati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

comp. cum simil. privilegium autem fori difficilius perditur, quam privilegium canonis, cum privilegium fori emanaverit à jura divino, & ab ipso domino, qui ait, *Nolite tangere Christos meos. dicto c. si Imperator, & Graff. decis. aur. c. 5 par. 2. lib. 3. n. 4.*

2. Eodemque privilegio gaudent ꝑ quamplures sacris ordinibus minime initiati.

Primò beneficia ecclesiastica obtinentes.

Sed quoniam interdum dubitatur, nunquid clericus beneficiatus teneatur possessionem beneficii probare (inquit) Farinac. quòd sic. & ita observari vidisse, ut in *prax. crim. q. 8. sub num. 45 & 70.* cujus opinio-³ nē credo veram in illo casu, quo reus maximas, & urgentes habeat contra se præsumptiones, quibus cessantibus, putò sufficere litteras clericatus, & obligationis beneficii, cum prope intentiones, & impedimenta secularium, & alia legitima impedimenta possessio adipisci non possit, & bene novit sacra congregatio, ut refert Paris, *de resignat. benef. lib. 7. qu. 1. nu. 47.*

Secundò clerici prima tonsura insigniti, vel in minoribus ordinibus constituti, licet beneficia ecclesiastica non obtineant, dummodò clericalem habitum, & tonsuram deferentes, alicui ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviant, vel in seminario clericorum, aut aliqua schola, vel Universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad majores ordines, versentur. Conc. Trid. *cap. 6. de reform. sess. 23.*

Tertiò clerici in sacris ordinibus constituti, etiam quòd in habitu, & tonsura non incedant. Clar. in *prac. crim. qu. 36. sub. vers. hac autem* & Farinac. in *d. qu. 8. nu. 70.*

Quartò clerici conjugati cum unicis, & virginibus, modò alicujus Ecclesiæ servi-

tio, vel ministerio ab Episcopo deputati eidem ecclesiæ serviant, vel ministrent, & clericali habitu, vel tonsura utantur, *c. unic. de cleric. conjugat. in 6. & Concil. Trid. dicto c. 6. §. in clericis.*

Conjugati autem ad secundas nuptias convolantes omni privilegio clericali exuuntur, ita ut, nec etiam tonsuram portare possint, gl. in *d. c. unic. in ver. unicis, & c. unic. de big. eo. lib. nec.* qui cum vidua, aut alias corrupta contraxerint, & eam cognoverint, privilegio clericali gaudere possunt gl. in *d. cap. unic. in ver. virginibus.* & ibi Dom. & Philipp. Fran. *de cler. conjug. & c. debitum extra de bigam. non ord. ꝑ.* Virginitas verò in uxore requiritur, quia significat, Ecclesiam triumphantem, in qua non est macula, neque ruga, quæ semper virgo permansit, saltem mente, unde Apostolus, *despondi enim vos uni viro, &c.* Paul. *2. ad Corin. c. 11. in princ. c. nuptiarum, §. deinde, 27. qu. 1. & gloss. pen. in d. c. debitum.*

Clerici verò non beneficiati, etiam in quatuor minoribus ordinibus constituti, habitum, & tonsuram non deferentes privilegio clericali gaudere non possunt, sed pars laicis sunt censendi, Covarruv. *lib. 2. var. resolut. cap. 1. num. 9. & Conc. Trid. d. c. 6. sess. 23.* & est ratio, quia cum spernant decreta Pontificum, & sacri Conc. frustra Ecclesiæ implorant auxilium, qui committunt in ipsam, *cap. fin. de immun. eccl. c. 2. ne cler. vel mon. & cap. in audientia de sentent. excommun.*

Quod tamen procedit, si clericus continuò taliter in habitu laici incedat, & secularibus se immisceat, quòd pro laico habeatur, & reputetur, secus autem, si alicui ecclesiæ inserviat, & regulariter habitum deferat, & tonsuram clericalem, quia tunc, si in